uelabis: quia turpitudo tua eſt.
b Turpitudinẽ filię vxoris patris e
tui quã peperit patri tuo: ⁊ eſt ſo- f
ror tua nõ reuelabis. Turpitu- g
dinẽ ſororis patris tui nõ diſco-
operies: quia caro eſt patris tui
Turpitudinẽ ſororis matris tuę h
non reuelabis/eo ꝙ ſit caro ma-
¶ al's patrui.
c tris tuę. Turpitudinẽ fratris pa- i
d tris tui nõ reuelabis: nec acce-
des ad vxorẽ eius quę tibi affi-
nitate cõiungiẽ. Turpitudinem k
nurus tuę nõ reuelabis: q: vxor l
filij tui eſt: nec diſcooꝑies igno-
miniã eius: Et vxorẽ fratris tui m
e nullus accipiat. Turpitudinem n
vxoris fratris tui nõ reuelabis:
quia turpitudo fratris tui eſt.
¶ .i. ne putas tibi ambas habere licere.
Turpitudinẽ vxoris tuę et filię o
a ¶ neptẽ vxoris de filio tuo: vl̃ de filia ꝓhibet duci vxorem.
ei᷒ nõ reuelabis. Filiãm filij ei᷒ p
f ⁊ filiã filię illi᷒ nõ ſumes: vt reue-
las ignominiã ei᷒: q: caro illius q
ſunt: ⁊ tales coitus inceſtus eſt:
g h Sororẽ vxor⁊ tuę ĩ pellicatũ illi᷒ r
¶ opera eorũ publicando: nõ tamẽ parces ſi nõ ſcandaliçenẽ auditores.
nõ accipies: nec reuelabis turpi-
tudinẽ eius adhuc illa viuente. s

## Nico. de lyra

ℌ quicũqꝫ ꝯcubit᷒ carnalis: vñ ⁊ mẽbra deſeruiẽtia cõcubitui dicunẽ verenda. a ¶ Turpitudinem ſororis tue ex pa. tantũ. b ¶ Siue ex ma. tm̃: et multo fortius ſi ex vtraqꝫ parte. c ¶ Qui domi vel foris genita. i. in matrimonio vel extra matrimoniũ. d ¶ Turpitudinẽ filie filij tui ⁊c. cuius cauſa ſubdiẽ cuꝫ diciẽ: Quia turpitudo tua eſt: q: filius et filia ſunt de patris ſubſtãtia. e ¶ Turpitudinẽ filie vxoris patris tui. Nõ eſt aliđ preceptũ a ꝑcedenti de ſorore vt dicũt aliqui: ſed eſt magis explicatiuũ cauſe/ cum diciẽ: f ¶ Et eſt ſoror tua. ſ. ex parte patris: vel dicendũ ꝙ differt a ꝑcedenti ſicut pars a toto: q: in precedẽti prohibeẽ cõcubitus cum ſorore: tam ex parte patris ꝙ̃ ex pte matris: ⁊ hoc ſiue genita ſit ĩ matrimonio ſiue extra. hic autẽ prohibeẽ cõcubitus cum ſorore ex parte patris tantũ: ⁊ genite ĩ matrimonio. g ¶ Turpitudinẽ ſororis patris tui. i. amite: ⁊ eodem modo prohibeẽ matrimoniũ inter fratreꝫ ⁊ filiam eiuſdẽ: quia idem gradus eſt. h ¶ Turpitudinẽ ſororis matris tue ⁊c. cuius cauſa ſubdiẽ/ cum diciẽ: Eo ꝙ caro ſit matris tue / quia ipſa eſt mater tua in eodeꝫ gradu deſcenderũt a patre. i ¶ Turpitudinẽ patris tui. Hic cõſequẽter excludunẽ perſone ratione affinitatis. Et primo excluditur vxor auunculi. ſecũdo nurus propria videlicet/cum diciẽ: k ¶ Turpitudinẽ nurus tue: cuius cauſa ſubditur/cum diciẽ: l ¶ Quia vxor filij tui eſt. ⁊ per conſequẽs eſt vna caro cum eo. m ¶ Et vxorem fratris tui nullus accipiat: hoc nõ eſt in hebreo: nec ĩ libris correctis. n ¶ Turpitudinẽ vxoris fra. tui nõ re. ⁊c. cuius cauſa ſubditur: Quia turpitudo fratris tui eſt: q: vir ⁊ vxor ſũt vna caro: excipitur tamẽ caſus: ſcꝫ quãdo frater moritur ſine liberis: tunc enim frater viuens non ſolum poteſt eam accipere in vxorem ſed etiam tenetur eam accipere vt ſuſcitet ſemen fratri defuncto: vt habetur Deutro.xxv. o ¶ Turpitudinem vxoris tue et filie eius nõ reuelabis. In hebreo habetur: Turpitudinem mulieris et filie eius: quia prohibetur accipi filia cum matre vel poſt ipſam. p ¶ Filiam filij eius ⁊ filiam filie illius nõ ſumes ⁊c. cuius cauſa ſubdiẽ: q ¶ Quia caro illius ſunt: quia deſcenderunt ab ea: licet mediate. r ¶ Sororem vxoris tue in pellicatũ illius nõ accipies: Id eſt ad concubitũ. In hebreo habetur: Sororẽ vxoris tue nõ accipies ad anxiandũ: quia ſi vna ſit magis dilecta ꝙ̃ alia: oritur inuidia minus dilecte ad magis dilectaꝫ: ⁊ per cõſequens odium ⁊ anxietas vite inter illas: cum tamẽ inter ſorores debeat eſſe pax ⁊ cõcordia ⁊ amor: ⁊ ꝓpter hoc ſubdiẽ: s ¶ Adhuc illa viuente: quia ſi prima ſoror ſit mortua talis inuidia nõ oritur: ⁊ ideo alia ſoror tunc accipi nõ ꝓhibeẽ:

ℌ Ad mulierẽ

a ¶ Ad mlierē. Cū h̄ ſupl⁹ ſufficiēter ꝓhibuiſſet: h̄ etiā repe tit forte ne in ſupiorib⁹ videret̄ figurate accipiēdū/ vbi talia ꝓ hibent̄: q̄ remota obſeruatōe vmbraꝝ ī nouo teſtamēto cuſto/
.18.b dienda ſūt. In Ezechiele ḡ iter illa q̄ nō figurate: ſ manifeſte pctā ſūt/ accedere ad mēſtruatā interdicit̄: ⁊ iuſticie meritū eē ſi nō accedat̄/ q̄ in re nō natura dānat̄ ſ ꝯcipiēde ꝓli noxiū ꝓhibet̄. b ¶ Cū vxore p. ⁊c̄. Hic ꝓhibet rurſus ad/ ulteriū/ qd̄ etiā ī decalogo ꝓhibet̄: vñ appet illa ita eſſe ꝓhibita/ vt etiā mor tuis viris nō ducāt vxores: q̄ꝛ ꝓhibet turpitudinē reuelari. c ¶ De ſemie tuo. Cōueniēter hec ſubiūgunt̄. Intē dit enī legiſlator a libidine tā ſenſibili q̄ intelligibili legi ſubditū cohibere. vñ ⁊ ꝓhibet̄ ⁊ mēſtruata: vxor ḡ pxi mi: q̄ꝛ in tali cōmixtōe adulteriū eſt nō ꝯiugiū. vñ ſubdit: Nec ſeminis cōmi/ xtōe maculaberis. vñ Heb. xiij. a. Cō iugiū aūt honorabile eſt/ ⁊ thor⁹ īma/ culat⁹. Cū ḡ de duplici fornicatōe loq̄ ret̄/ recte adiūgit: de ſemie tuo nō da/ bis ido. mo. ⁊c̄. Semen aūt nō ſolū fi/ lios ⁊ ꝯſanguineos: ſed oēm actionē ⁊ doctrinā intelligim⁹/ q̄ idolis ꝯſecrare
6.b. nō debemus: quia radix oīum maloꝝ
5.b cupiditas que eſt idoloꝝ ſeruit⁹. Sed nec ea docere debem⁹ q̄ ad idolatriā ꝑ tinēt. Sic enī ad mulierē mēſtruatam nō ingredimur/ nec in errore gentiliū miſceamur. d ¶ Ne pollues. Nō ſolū luxuriādo/ vel idolis imolādo: ſ ⁊ gētiliū philoſophiā in eccl'iam intro/
.6.c ducēdo. Quis enī cōſenſus tēplo dei cū idolis? e ¶ Mulier nō ⁊c̄. Nō ſolū viris/ ſ ⁊ mulierib⁹ lex poſita eſt. vñ Pro. xxxi. b. Mulierē fortē q̄s in/ ueniet? Sicut enī maſculus aīaꝫ fortē ⁊ ꝯſtātē ī v̄tutib⁹ ſignificat: ſic mulier dignitatē ſuā cuſtodientē deſignat: fa cta ē enī ī adiutoriū viri/ q̄ talis eſt nō debꝫ iumētoꝝ coitu macl'ari. f ¶ Nec polluamini ⁊c̄. Quāta pollutio ſit ī p̄dictis pena pollutoꝝ oñdit: Nec in/ caute p̄tereūdū: q̄ꝛ ea q̄ inuicē ſibi ꝯiū
B cta ſūt in vnū colligit: vt oñdat q̄ꝛ q̄ in vno pollut⁹ fuerit: in oībus offendit: Iaco. ij. b. g ¶ Cōtamiāte ſūt ⁊c̄.
ſtice Demones q̄ ꝓpter multitudinē dicūt̄ gētes vniūſe. Qui cū de oī pctō gau/ deāt: p̄cipue tñ fornicatōe ⁊ idolatria: q̄ꝛ in his ⁊ corp⁹ ⁊ aīa maculat̄: ⁊ tot⁹ hō q̄ terra dicit̄. Sed viſitauit de⁹ ter rā. i. hoīm gen⁹. h ¶ Omis aīa ⁊c̄. Qui enī poſt euāgelicā p̄dicationē ta/ lia cōmittūt: aliā mali medicinā nō iue niūt/ nec ī ſorte hoīm ſ demonū erūt. i ¶ Cuſtodite mādata ⁊c̄. Quaſi mea ſūt mādata nō hoīs: ad cui⁹ imagi nē facti eſtis/ quā polluere nō debet̄: q̄ꝛ tēpluꝫ dei eſtis/ ⁊ ſpūs dei habi. in vobis. j. Cor. iij. c.

a Ad mlierē q̄ patit̄ mēſtrua ñ ac/ a cedeſ: nec reuelabis fẹditatē ei⁹.
¶ ſapiētia.
a ¶ gētilis q̄ ꝓxim⁹ ī natura. b ¶ cōicādo.
b † Cū vxore ꝓximi tui nō coibis: b
a ¶ actionis doctrine.
b ¶ in tantū vt polluaris.
nec ſēmis cōmixtiōe macl'aberl'.
c De ſemie tuo nō dab vt ꝯſecret̄ c
a ¶ Lxx. principi. b ¶ hoc ad ſingula refe/ ratur ſupradicta.
d idolo moloch: nec pollueſ nomē d
¶ cuius gl'ia ſingularis incōmutabilis.
dei tui: Ego dñs. Cū maſcl'o nō e
¶ q̄ꝛ cōtra naturā. ¶ q̄ꝛ viriliter agentē ⁊ fortem nō debes effeminare.
cōmiſceberl' coitu fẹmineo/ quia
a ¶ ſymmach⁹ ieffabile. b ¶ cū actiōib⁹. ſ. beſtialiū vt nephādis voluptatib⁹ polluarl'.
aboīnatio ē. Cū oñi pecore nō
e coib/ nec macl'aberl' cū eo † Mli †
er nō ſuccūbet iumēto/ nec miſce
f bit̄ ei: q̄ꝛ ſcel⁹ eſt. Nec polluami f
¶ predictis.
g i oīb⁹ his q̄b⁹ ꝯtamiatẹ ſūt gētes
¶ q̄ntitas pene ⁊ q̄ntitatē culpe oſtendit.
vniūſẹ: q̄s ego eiciā añ ꝯſpectū g
vr̄m: ⁊ q̄b⁹ polluta ē t̄ra: cui⁹ ego
a ¶ pollutionē. b ¶ viſitauit nos. o. ex al.
c ¶ ſcabrones etiā ꝯtra eos ꝓducēdo.
d ¶ demones q̄ dixerunt: Math. viij. d. Si eiicis nos mitte nos in gregē porcoꝝ.
ſcēlera viſitabo/ vt euōmat habi
tatores ſuos. Cuſtodite legitia h
mea atq̄ꝫ iudicia: et nō facietl' ex i
oībus iſtis abominationib⁹/ tam
a ¶ q̄ ī lege nutrit⁹ ⁊ ab īfantia doct⁹. b ¶ q̄ deforis vobis adiectus nō intus nutritus.
indigēna q̄ꝫ colonus qui peregri
nat̄ apd̄ vos. Oēs enī execratio
a ¶ demones q̄ antiq̄ores ſunt conditione.
nes iſtas fecerūt accolẹ terrẹ qui
a ¶ humanā. ſ. terrā ade ſuggerētes: inobe dientiā ⁊ quotidie mala ſuggerunt.
fuerūt ante vos ⁊ polluerūt eaꝫ.
a ¶ q̄ꝛ a dño viſitati eſtl'. b ¶ itelligibil' t̄ra. vñ: Diſcedite a me male. ī ig. eter. qd̄ pa. eſt ⁊c̄. Mat. xxv. d. Et itē: Diſcedite a me oēs q̄
Cauete ḡ ne et vōs ſimiliter euo k
opamini iniq̄ta. ⁊c̄. Pſ. vj. b. a ¶ ſimilia.
mat cū pāria feceritis ſicut euo/
b muit gentē q̄ fuit ante vos. Ois l
aīa q̄ fecerit de abominationib⁹
¶ nunc ⁊ prorſus in futuro.
his q̄ppiaꝫ/ ꝑibit de medio ppl'i m
i ſui. Cuſtodite mādata mea. No
a ¶ quorum pena debetis terreri.
lite facere q̄ fecerunt hi q̄ fuērūt
ante vos: ⁊ ne polluamini in eis:
¶ hoc tertio dicit: In duob⁹ enī teſtib⁹ vel tribus ſtat omne verbum. ij. Co. xiij. a.
Ego dñs deus veſter.

Sancti

## Nico.de lyra

a ¶ Ad mulierē. Hic ꝯñr exclu dūt̄ aliq̄ caſus q̄ ſūt ꝯ bonū ꝓlis ex ior dinato coitu ſeu emiſſiōe ſemīs/ cū dr̄: Ad mlierē q̄ patit̄ mēſtrua ⁊c̄. q̄ꝛ ex ta li ꝯcubitu ſolet gnāri ꝓles mōſtruoſa ſeu defectiua: vt dictū eſt. ſ. b ¶ Cū vxo. p. ⁊c̄. Quia h̄ nō ſolū eſt ꝯ ꝓxi/ mi fidelitatē/ ſ etiā ꝯ ꝓlē inc̄ꝫtū falſus heres ſubſtituit̄ ⁊ ver⁹ defraudat̄ ſaltē in p̄te. c ¶ De ſemine t. Hoc expo/ nit̄ dupliciter. Uno mō accipiēdo ſemē p ſpmate: q̄ꝛ ſicut aliq̄ ſacrificabāt idolis de ſanguie ſuo: vt p̄ꝫ. iij. Reg. xviij. de ſacerdotib⁹ baal q̄ īcedebāt ſe cultris ⁊ lāceolis donec pfū derēt̄ ſāguie: ita etiā aliq̄ idolatre faciebāt ſacrificiū de ſuo ſe mīe: q̄ꝛ eſt ſāguis magl' digeſt⁹. Alio mō exponit̄ accipiēdo ſe mē ꝓ puero nato ex ſemīe: q̄ꝛ aliq̄ idolatre ſacrificabāt ď puerl' ſuis idolo p̄dicto. Erat enī vt dicūt hebrei idolū cupreū ad for mā hoīs factū interi⁹ ꝯcauū: ⁊ ī illa cō cauitate fiebat ignis q̄uſq̄ꝫ idolū eēt q̄ ſi ignitū: ⁊ tūc ponebat̄ puer inter ma nus idoli ⁊ ſacerdoſ tympana ꝑcutiēs tātū ſonitū faciebat/ q̄ vox pueri moriē tis audiri nō poterat: ne parētes cōpa terēt̄/ ſ magl' crederēt aīam acceptā a dijs in q̄ete ⁊ ſine dolore. d ¶ Nec pollues no. attribuēdo ipm idolis. e ¶ Cū ma. ⁊c̄. q̄ꝛ talis coit⁹ eſt ꝯ na turā: ⁊ vocat̄ ſodomiticū vitiū a ſodo/ ma ciuitate q̄ ꝓpt̄ h̄ ſcel⁹ ſubuerſa legit̄ Geñ. xix. Siīr alij duo caſus ſeq̄ntes ſunt ꝯ naturā ⁊ magis q̄ꝫ iſte: q̄ꝛ in eis cōmixtio ē ad aīal alteri⁹ ſpēi: ⁊ p̄ꝫ l'ra. f ¶ Nec polluami. Hic ꝯcludit̄ cō/ minatio reſpectu trāſgreſſoꝝ: et ponit̄ exēplū de chananeis ꝓpt̄ vitia p̄dicta a t̄ra ſua delēdis/ cū dr̄: g ¶ Quas ego ⁊c̄. Et ex h̄ ꝯcludit̄ ꝓpoſitū/ cū dr̄: h ¶ Cuſtodite legi. m. i. p̄cepta or/ dinātia ad deū. i ¶ Atq̄ꝫ iudicia. i. p̄cepta ordinātia ad ꝓximū. k ¶ Ne et. v. ſ. euomat. i. igminioſe ⁊ turpit̄ eiiciat tāq̄ꝫ abomiabiles deo et hoīb⁹. † j. 20. c. l ¶ Ois oīa. i. omīs hō. m ¶ Peri bit de me. Per iudiciū hūanū ſi fue/ rit ꝯuict⁹/ vel ꝑ iudiciū diuinū ſi euaſe rit hūanū. Circa capl'ꝫ iſtd̄ p̄t poni bre uis moralitas. ꝑ reuelationē enī turpi tudīs itelligit̄ idebita detectio crimīs q̄ fit. xij. modis ſm q̄. xij. vicib⁹ hic di cta reuelatio replicat̄. In p̄mo ḡdu eſt detractor q̄ dic̄ aliq̄d vt min⁹ ď alio ha beat̄. ī ſcd̄o eſt maliuol⁹ q̄ tacēdo inuit vt pei⁹ ſuſpicet̄. in t̄tio repꝑhenſor q̄ ni/ mis exaggerat/ vt graui⁹ credat̄. ī q̄r/ to ſuſurro q̄ in aure loq̄t̄: q̄ſi ex charita te moueat̄. in q̄nto bilinguis q̄ alit̄ de p̄ñte: alit̄ de abſente loq̄t̄: ⁊ vnū vni ⁊ alteꝝ alteri. in. vj. adulator q̄ p̄ñtē etiā de malo cōmēdat/ vt ei p̄ alijs placeat. in. vij. emulator q̄ iuxta malū alterius bona ꝓpa fingit ⁊ demōſtrat: vt fama alteri⁹ vileſcat. in octauo murmurator q̄ malū ſeminat/ vt oīb⁹ clareat. in no/ no maledicus q̄ verba mala recitat: vt turbatio excitet̄. in decimo ſimi'ator q̄ mala alioꝝ exaggerat: vt ip̄e iuſt⁹ pute tur. in vndecimo diffamator q̄ ex rela/ tiōe maloꝝ apparētiū v̄ba bona obnu bilat/ vt innocēs ꝯdēnet̄. in. xij. mēdo ſus q̄ de alijs falſa refert ſciēter/ vt in h̄ delectet̄. Signū enī habit⁹ gnāti eſt delectatio in ope. ij. Ethicoꝝ.

Sacrificiū de pueris

moralitas

✳ a ¶ Ad mulierē q̄ patit̄ m. ⁊c̄. ꝑ hāc mulierē itelligit̄ ſenſualitas ſm Aug'. ⁊ rō dicit̄ vir ei⁹ ſm eū. mulier igit̄ dr̄ mēſtruata qñ ſenſualitas eſt vi tijs corrupta: ad quā vir accedit qñ rō in malo ſibi aſſentit/ ⁊ ex tali aſſenſu ſe q̄t̄ part⁹ pctī mal⁹: ſic ex acceſſu ad mu lierē mēſtruatā de cōi curſu ſeq̄t̄ part⁹ mēſtroſus. c ¶ De ſemie tuo. Sic dictū eſt. ſ. ſemē eſt v̄bū dei: igit̄ ſemē idolo moloch cōſecrat̄/ qñ ad exercēda ſortilegia neq̄ter applicat̄: ſic venenū latēs ſb melle ꝓpinat̄. † ¶ Mulier nō ſuc. ⁊c̄. Moralr̄ mlier ſuccūbit iu mēto qñ diſcipul⁹ mollis ⁊ effeminat⁹ doctori peſtifero ſe ſbijcit/ ⁊ ꝑ talē do/ ctrinā diſcipul⁹ iumētis inſipiētib⁹ cō/ paratur ⁊ ſil'is illis efficit̄.

Moralit̄

Moralit̄

E ¶ In ca. xviij. vbi dicit̃ in postil. Que faciēs hõ viuet in eis.

**Additio. j.** Cum hic dicit̃: Que faciēs homo viuet in eis: nõ videt̃ intelligendū de vita na/
ture. Nam licʒ verū sit ꝙ in statu vete. le. ꝓsperitas ⁊ aduer/
sitas filioꝝ israel cõiter sequebat̃ ex obediētia vel inobediētia
eorū respectu mandatorū dei: hoc tñ erat in vniuersali respe/
ctu totius ppl̃i: nõ aũt respectu cuiuslibet persone singularis.
Multi eniʒ iusti etiā in illo tēpore affligebant̃ ⁊ ꝑsecutiones
patiebant̃: vt patʒ de Josia rege: ⁊ Hieremia ⁊ alijs. Unde
quia hic loquit̃ singulariter dicēs: Que faciēs homo viuet in
ea: intelligendū est de vita gratie vel glorie: prout in postilla
sequit̃. Non autē de vita nature: iuxta illud Eccs. ix. a. Uni/
uersa eque eueniāt iusto ⁊ impio ⁊c̃.

¶ In eo. ca. xviij. vbi dicit̃ in postilla: Omis aīa. i. oñis homo: Peribit de medio ppl̃i sui/ per iudiciū humanū. b

**Additio. ij.** Nõ est ītelligēdū ꝙ vbicūq̄ dr̃ in lege: Peribit de medio ppl̃i sui: ꝙ talis trās/
gressor ꝑ iudiciū hūanū interficiat̃ si fuerit ꝯuict°: eēt enī val
de durū dicere ꝙ ꝑ comestionē modice adipis vel sanguinis:
aut ꝑ inuētionē modici fermēti ī alicui° domo ī paschate ꝯdē
naret̃ hõ sn̄ia capitali. vñ ꝭm Hebreos nūerant̃ ī lege mosai
ca. xxxvi. casus in q̄b° dr̃: Peribit vl̃ īteribit de ppl̃o suo: quo
rū aliq̄ sūt in q̄b° iudicio hūano ꝯuicti erāt rei morte corꝑali:
alij v̾o nõ sic: sed sempꝑ relinquebant̃ iudicio diuīo. Qui aũt
sunt isti casus vel illi: esset longū enarrare ⁊ suꝑfluū: cum iam
ista que ꝓ maiori parte iudicialia sunt cessent.

## Glo. ordi.

b Locutusq̄ est Ca. XIX dñs ⁊c̃. a ¶ Scti estote ⁊c̃. Orige. Quid significet
Sanctū q̄d dicatur — hoc nomē qd̓ est sctm̄ requirendū est:
Sancta dicunt̃ vasa ministerij: ⁊ sctā
vestimēta: loca quoq̄ in vrbib° vl̃ sub
urbib° sacerdotib° deputata sctā dicūt̃
† 81. dis. c. oportet — ⁊ ꝓmogenita boū vel pecoꝝ. Si ḡ in/
intueamur quo sensu hec dicunt̃ sctā:
82. dis. c. ꝓposuisti et. — aduertem° quõ operā demus vt sctī si
c. plurimos — mus. Natus est mihi ꝓmogenit° bos:
nõ licʒ eū occupare ad cõmune op°: q̄r
dño sctūs. Nulli ḡ qd̓ sctm̄ est seruire
debʒ nisi soli deo: adv̾sus cões cõibus
2. Ti. 2. a — debem° vti. Qui ergo se deo vouit se/
parat° a negocijs seculi: ⁊ ab his q̄ car
naliter viuūt: vt ei placeat cui se ꝓba/
uit: sctūs appellat̃. Dū enī vulgo mi/
1. Coꝝ. 3. c. — scet̃: nõ põt esse sctūs. Sctī estote ⁊c̃.
2. Tes. 3. b — Quasi separamini etiā a fratre inordi
nate ambulāte: ⁊ ab oīb° ꝯcupiscētijs
secl̃i. Sic eritis ꝓmogeniti vituli. Nõ
opet̃ ꝑ vos pctm̄: nec iugū īponat ma
licia: deseruite tm̄ sacerdotalib° vsib°:
c — q̄r ego sctūs sum: lõge. s. ab oībus que
opant̃ ⁊ colūt siue ī celo siue in terra:
oēm excedo creaturā quā feci: vos er/
go estote segregati ab his q̄ nõ sūt sctī
αγιος — Grecus q̄ʒ sermo agyos extra terrā so
nat: vt. s. in celo conuersationē habea/
tis. b ¶ Unusq̄sq̄ ⁊c̃. Suꝑ funda
mentū edificat: q̄si estote sctī vt sanct°
habitet ī vobis: ⁊ nature dignitatē im
pendite honorādo patrem ⁊ matrem.
Exo. 20. b — c ¶ Sabbata mea ⁊c̃. Mādata le/
gis volēs recapitulare. i. nõ occides:
nõ furaberis ⁊c̃. Inq̄t sabbata mea cu
stodite. Uerū enī sabbatū est ab oī ma
Leui. 23. a — lo cessare. Uñ moyses: Oē op° ser/
uile nõ facietis in eo. Sabbata mea.
Uolēs nos de° de intelligibili requie
docere: ⁊ de mūdi ꝯsummatiõe q̄ñ im/
possibile est cibū parare vel oꝑari: nec
circa aliq̄d corꝑale occupari/ ait ꝑ moy
† s. 23. d. — sen Exo. xvi. f. Sabbata hodie dño nõ
īueniet̃ illd̓ ī agro ⁊c̃. Nota q̄r nõ ait
sabbm̄/ sʒ sabbata: q̄r ītelligibil̃ req̄es nõ ab vno sʒ ab oīb° car
nalib° q̄eta est ⁊ absoluta: iõ ī h̾ loco ꝑlus sabbatoꝝ nomē ī di
uina sc̄ptura positū ē: vt scias q̄r sabbatū plena ē ⁊ ꝑfecta q̄es
d ¶ Si īmola. ⁊c̃. Oīa fere leg̃ capl̃a reiterat vt eoꝝ memo
Mystice — riā auditorib° infigat: sʒ maxīe necessaria: sicut h̾ mandatū qd̓
suꝑius ꝓposuit cū de sacrificijs ageret. Sacrificiū salutare ac
cepit: in quo q̄ ad salutē ꝑtinēt necesse est oꝑari: vt aũt sit ac/
ceptabile oportet īmolari pietatem ⁊ pudicitiā. Hoc enī ꝭm
1. Ti. 2. b — apl̄m bonū est ⁊ acceptū corā saluatore nr̄o deo: q̄ vult oēs sal
uos fieri. Comedere aũt in die īmolatiõis ⁊ altero: est in vita
ꝑ̄senti quecūq̄ ad salutē ꝑtinēt oꝑari: hodie eniʒ ⁊ cras ꝓ ꝑ̄/
Jaco. 4. b — senti seculo accipiunt̃. Uñ Jacob°: Qui dicitis hodie et cra/
stino ibim° in ciuitatē ⁊c̃. Jaco. iiij. b. Dies tertia: q̄r in ipsa
dñs a mortuis resurrexit: figurā gerit futuri seculi ⁊ resurre/
ctionis in quo nõ licebit oꝑari: sed opeꝝ suscipe retributionē
Qui ḡ hic viuit tanq̄ illic oꝑatur° sit: tāq̄ die tertia sacrificiū
mādūcatur°: a legislatore h̾ facē ꝓhibet̃: q̄r v̾tutē imꝑfectā re
linq̄t tanq̄
ibi ꝑficere possit. e ¶ Cū
messueris ⁊c̃. Ut dilectionē ad inui/
cē habeam°: vt amatores ⁊ misericor/
des in pauꝑes simus: ꝑ̄senti capl̃o ꝑ̄ci
pitur. Debemus enī egentibus dare:
nec debita violēter exire: ⁊ reliquias

Locutusq̄ C. XIX a
est dñs ad moysē di
cens: Loq̄re ad oēm b
cetum filioꝝ israel/ ⁊
a ¶ q̄r estis templū dei. ¶ recte sanctifica/
tionē ꝓponit: q̄r fundamentū virtutis est.
a dices ad eos: † Sancti estote: q̄r c
¶ q̄si sine sanctitate nõ potestis mecū esse.
b ego sctūs suʒ dñs de° vr̄. Unus/ d
quisq̄ patrē suū ⁊ matrē suam ti
c meat. Sabbata mea custodite: e
a ¶ . i. condescendere his quos idoloꝝ lex
vana ⁊ prophana deprimit.
Ego dñs de° vester. Nolitē con f
a ¶ quorūlibet aīaliū statuas: vel pecunie
thesauros: quos q̄si deos adorāt qui cõgre
gant: nec inde aliq̄d minuere ꝑ̄sumūt.
uerti ad idola: nec deos cõflati g
a ¶ nõ alio indigetis.
les faciatis vobis: Ego dñs de°
a ¶ vel salutarium: ea scʒ que ad salutē per
tinent operando.
d vr̄. Si imolaueritis hostiā paci h
a ¶ deo acceptabilis. b ¶ in ꝑ̄senti. s. vita.
coꝝ dño vt sit placabilis: eo die i
quo fuerit imolata/ comedet̃ eā
et die altero. Quicq̄d autē resi/
duū fuerit ī diē tertiū/ igne cõbu
¶ vt p° hāc vitā putet se ꝙ min° fec̄ ꝑfectuꝝ
retis. Siq̄s post biduū comede
rit ex ea/ ꝓphan° erit ⁊ impietat̃
a ¶ q̄r īꝑfecte operat̃ ⁊ diuīe legi calūniat̃.
reus: portabitq̄ iniq̄tatē suā: q̄r
a ¶ quia vitā egit imꝑfectā que saluasset si
cõsummasset eam.
sctm̄ dñi polluit: ⁊ ꝑibit aīa illa
a ¶ saluandorū. b ¶ ager mundus: messu
ra doctrina: messores doctores.
e d̓ medio ppl̃i sui † Cūq̄ messuer̃ k

## Ni. de ly.

b bonoꝝ no.

Locutusq̄ est Ca. XIX dñs. Hic ꝯñr ponunt̃ ꝑ̄ce/
pta ordinatiua vite ꝓut hõ
est ꝑ̄ncipiū oꝑatõis. Oportet aũt q̄tū
ad h̾ hoīem ordīari respectu affect° rõ/
nalis/ mot° vegetabilis/ act° sensual̃/ ⁊
ꝯuict° ciuilis. Et ꝭm h̾ istud ca. diuidit̃ — Diuis
ī q̄ttuor ꝑtes. scd̓a ibi: Jumēta tua. ter
tia/ ibi: Non augurabimini. q̄rta: ibi:
Corā cano capite cõsurge. Circa ꝑ̄mū
sciēdū ꝙ affect° rõnalis bñ ordinat̃ er
ga suꝑiores ꝑ reuerētiā: erga pauꝑes
ꝑ miscd̓iam: erga oēs ꝑ innocētiā. Et
ꝭm h̾ ꝑ̄ma ꝑs ꝑ̄ncipal̃ hui° ca. diuidit̃
in tres. scd̓a īcipit ibi: Cū messuer̃. ter
tia/ ibi: Nõ faciet̃ fur. Circa ꝑ̄mū dr̃ ꝑ — b
modū ꝑ̄ambuli. b ¶ Loq̄re ad om
nē ce. ⁊c̃. q̄r magna ꝑs leg̃ ad quā oēs
obligant̃: in h̾ ca. replicat̃. c ¶ Scti
esto. hoc ꝯcludit̃ ex dict̃ in ca. ꝑ̄ce. vt
turpitudīes ⁊ īmūdicie sint exclusē: im
mūdicie aũt excluso est scītat̃ seu mūdi
cie ꝯclusio. Cõseq̄nt̃ īducit hõ ad parē
tū reuerētiā/ cū dr̃: d ¶ Unusq̄sq̄
pa. suū ⁊c̃. offensā eoꝝ ꝑ̄cauēdo: ⁊ q̄r
ex sensibilib° manuducimur ad īsensi/
bilia: iõ ꝯñr īducit̃ hõ ad reuerētiā dei
q̄ est pr̄ spūalis/ cū dr̃: e ¶ Sabbata
mea cu. Qualit̃ sit aũt ītelligēda ob/
ꝭuatio sabbati: dictū fuit diffusi° Exo.
xx. ⁊ q̄r maxīa irreuerētia fit d̓o q̄ñ ei°
cult° idolis tribuit̃: iõ s̾dit̃: f ¶ No
lite cõ. ad ido. eis quācūq̄ reuerētiā
exhibēdo. g ¶ Nec deos ꝯfla. ꝑ h̾
etiā excludūt̃ idola q̄ fiūt ꝑ sculpturā:
seu ꝑ quecūq̄ aliū modū. Sed sc̄ptura
loq̄t̃ ī casu frequēti° accidēte: q̄r vt fre/
quēti° fiebāt de auro vl̃ argēto vl̃ alijs
metallis. Et q̄r sacrificia illi° tꝑis nõ erāt accepta ꝭm se: sʒ in/
quātū fiebāt ex obediētia ad deū: vt. s̄. dictū est: ideo subdit̃:
h ¶ Si imolaue. ho. pa. do. vt sit pla. i. si vult̃ ꝙ sit deo
placita faciet̃ qd̓ subdit: i ¶ Eo die quo fue. ⁊c̃. q̄r sic ꝑ̄/
ceptū est de hostia pacifica. s̄. vij. ca. Sʒ q̄r ibi nõ dẽminauit
penā trāsgressiõis: iõ hic repetit̃ vt dicta pena exꝑ̄mat̃/ cū dr̃:
Et peribit aīa illius ⁊c̃. k ¶ Cunq̄ messueris. Hic ꝯñr
ponit̃ ordīatio rõnalis erga pauꝑes ꝑ misericordiā/ cū dicit̃:
* Non tondebis

Moral̃r. a ¶ Locutusq̄ est ⁊c̃. In hui° capl̃i ꝓcessu plu — Mo
ra ponūt̃ q̄rū sensus l̃ralis ē etiā moral̃ ꝓpt̃ qd̓ sūt ꝑtrāseūda.
h ¶ Si imola. ho. paci. ⁊c̃. Per hostiā pacificoꝝ moralit̃
ītelligit̃ op° meritoriū: ꝑ duos dies duo tꝑa. s. tp̄s ꝓductõis
reꝝ a deo: ⁊ tp̄s reductiõis oīm ī xp̄m. Primū tp̄s est ab adā
vsq̄ ad xp̄m. Scd̓m v̾o a xp̄o vsq̄ ad iudiciū. Per hoc ḡ qd̓
dr̃ ꝙ hostia pacifica cõedi debʒ ꝑ̄mo die ⁊ altero: significat̃ ꝙ
op° meritoriū in duob° dictis tꝑib° habʒ locū ⁊ nõ p° iudiciū.
* Cū messueris

¶ conteres. ¶ alias tondes.
ſegetes terre tue non tondebis a
vſq; ad ſolū ſupficiē terre: nec re b
a manētes ſpicas colliges: neq; in
¶ iuſtos ſanctos. ¶ que non in/
vinea tua racemos ⁊ grana deci
telliguntur. ¶ gentilibus.
dētia cōgregabis: ſed paupib⁹ ⁊
¶ diligenter tractanda.
pegrinis carpēda dimitteſ: Ego
a ¶ pro vobis paup ⁊ peregrin⁹ in mūdo.
¶ q₂ oīa dedi deſidero aliq̄d mihi dari.
b ¶ in quo proximus leditur.
b dn̄s deus vr̄: Nō facietis fur c
¶ aliquo modo.
c tū: non mentiemini: nec decipiet d e
d vnuſquiſq; pximū ſuū. † Nō piu f
e rabis i noīe meo: nec pollues no g
f mē dei tui: Ego dn̄s. Nō facies h
a ¶ glīam eius in te transferendo.
g calūniā pximo tuo: nec vi oppri i
¶ merces operis quam meruit.
h i mes eū. † Nō morabiſ op⁹ mercē k
k narij tui apud te vſq; mane. Nō l
a ¶ inobedieti. vn̄ Eſa. xlij. c. Surdi audite ⁊ ceci venite ad videndū: Hi nō ſunt maledicēdi ſed docēdi ⁊ corrigēdi. b ¶ ignorāte.
maledices ſurdo: nec corā ceco m

bonoꝝ nr̄oꝝ ꝯcedere / imitādo deū datorem oīm. Propterea metētes vel vindemiātes vult aliq̄d derelinq̄re pauperi ⁊ pſelyto / ne datori oīm videat̄ īgrat⁹: q̄ alijs diuitias dedit: alios de alioꝝ reliquijs viuere voluit: vt ſic pbaret diſpēſationē diuitū / ⁊ patiētiā paupeꝝ. Paupes enī ⁊ pſelytos nō abijcit q̄bus etiā ſic victū puidit. Un̄ ſubdit: Ego dn̄s de⁹ veſter. ſ. q̄ diuites facio: q̄ p vobis paup fio: q̄ pter miſeriā inopū ⁊ gemitū pauperū aliq̄n exurgā.

lego. ¶ Allego. Cū meſſueris ⁊c̄. Apte oñdit q₂ doctores iudeoꝝ toti⁹ legis īterpretationē nō capiūt: ſed q̄dā paupi ⁊ pſelyto derelinquunt gentib⁹. ſ. q̄b⁹ dr̄: Bt̄i paupes. ſ. ⁊c̄. Matt. v. a. Qui ⁊ pſelyti ſūt: q₂ cognatiōi abrae ſe ingerūt. Quod ḡ dicit̄ Exo. xx. b. Nō occides: Nō mechaberis: metāt iudeoꝝ doctores. Que aūt ſpūalē habēt interptationē / ſicut emūdationes: ſacrificia: ⁊ ſilia ꝯcedāt ecclie doctorib⁹ / ⁊ q̄ illis metētib⁹ decidūt. i. q̄ ipi nō intelligūt. a ¶ Neq; in vinea tua. Eſa. v. b. Uinea dn̄i ſabaoth dom⁹ iſrl̄ eſt: q̄ debuit facere vuas ⁊ fecit ſpinas: quondā tn̄ paucos racemos habuit. i. ſctōs diuerſi tpis / q̄s iudei colligere ⁊ in diuitijs ſuis theſauriçare nō poſſunt: q₂ nō imitant̄ vitā eoꝝ / ſed pauperi ⁊ pſelyto derelinquūt. Nobiſcū eī ſūt q̄tq̄t iuſti apud eos fuerūt. Unde memorie eoꝝ a nobis ⁊ nō ab illis annis ſingulis celebrant̄ vt experimēto diuinū eloquiū cōprobet̄. b ¶ Nō facietis furtū. Aug⁹. Hoc in decalogo poſitū eſt q̄d dicit: Nō mētiemini / nec calūniam facietis. In hoc p̄cepto videt̄ ꝯtineri. Neq; falſum teſtimoniū dices: q₂ calūnia ſine mendacio fieri nō pōt: q̄d falſo teſtimonio ꝯcludit̄. Sed q̄rit̄ vtrū aliq̄ cōpenſatione faciēda ſint (ſicut pene videt̄ oīb⁹) q̄ mētiendū ſit p ſalute vbi nemo ledit̄: an ſilr̄ ḡ furādū / ēt q̄n ei cui fit ꝯſulit̄: Uelut ſi q̄s volēti ſe occidere furet̄ gladiū. Sic calūnia ad mai⁹ gaudiū futuꝝ fiebat q̄ ioſeph fratrib⁹ de cypho īferebat: q̄b⁹ etiā exploratōis falſū crimē ītēderat. Fortaſſe enī furtū nō eſt niſi q̄n alieno occulte ablato pxim⁹ ledit̄: ⁊ calūnia / q̄n falſi crimīs obiectōe pxim⁹ ledit̄. Mendaciū āt nō poſſum⁹ dicere tūc tm̄ eē. Cū enī a ſciēte dr̄: mēdaciū ē / ſiue q̄s ſiue nemo ledat̄. Abſolute aūt dr̄ / nō mētiemini: ſic illud: Nō facies tibi idolū: nō mechaberis: nō furaberis. Idolatria aūt ⁊ mechia ⁊ furtū ſicut eſt diffinitū / iuſtū eſſe nō pōt. Et nō occides: q₂ cū hō iuſte occidit̄: lex occidit / nō tu. Nūq̄d ſilr̄ pōt dici: cū hō iuſte mentit̄ / lex mentit̄: Mētite ſūt obſtetrices / ⁊ bona de⁹ illis retribuit. Mētita raab ⁊ liberata. An ex q̄ dictū eſt in lege: nō mētiemini: ex illo nō licuit ī tali caſu vel cā mentiri: Sed mag⁹ q₂ iniuſtū erat mēdaciū iō phibitū: non q₂ phibitū ideo iniuſtū. Forſitan ḡ ſicut obſtetrices nō remunerate ſūt: q₂ mētite ſūt: ſed q₂ infantes liberauerūt / ⁊ pter hāc miſcōiam veniale fuit pctm̄ nō tn̄ nullū. Sic raab liberata pter liberationē exploratoꝝ / p q̄ fuit veniale pctm̄. Sed ne putet q̄ſq; in ceteris pctīs ſi pter liberationē hoīm fiāt ita poſſe ꝯcedi veniā: multa enī mala intolerabilia ⁊ deteſtāda talē ſequunt̄ errorē. c ¶ Nō mētiemini. Cognationē pctōꝝ oñdit. Multa putam⁹ parua q̄ ſūt maxima: vt mēdaciū: piuriū: q̄ furto ſūt ꝯiuncta / ⁊ recte: q₂ hec furto coopant̄. d ¶ Nō piurabis ⁊c̄. Ex. xx. Nō leuabitis nomē meū in iniuſtū iuſiurandū / in iniuſto eſt: non ſolū q̄ p̄uaricat̄ / ſ₃ etiā q̄d iniuſte cuſtodit̄: ſic iuramētū herodis ad filiā herodiadiſ: talia iuramēta nō debēt fieri: vl̄ ſi fiāt cuſtodiri. e ¶ Nec pollues ⁊c̄. Malefaciēdo: q₂ iuſiurandū trāſgredi nō potes. De⁹ enī p quē iuras intm̄ vult bona / vt ſi mala minet̄: nō tn̄ inferat ſi penitentes videat vt pietatē impēdat. Un̄ addit: Ego dn̄s: pius. ſ. miſericors preſtabilis ſup malicia. f ¶ Nō facies calūniā. Aug⁹. Oīa q̄ phibētur cōmitti in pximū: ad hoc vnū referenda ſunt q̄d dictū eſt. Nō nocebis pximo. Nā q̄d ſeq̄t̄: Nō rapies / niſi ad hec referat̄ ne rapiēdo noceat̄: euenit vt nō rapiēdo q̄s noceat: nā gladius inſaniēti rapiēdus eſt. g ¶ Nec vi oppri. Paulatim auditorē erudit: ⁊ q̄ vident̄ parua magnis ꝯiūgit / vt qui diffinita maloꝝ pena terrent̄ / abſtineāt a minorib⁹: Que enī ſociant̄ in mādato ⁊ in pena. Qui enī in vno offenderit / oīm re⁹ erit: Iaco. ij. b. Ideo vim calumnie ꝯiungit. Nec differt quō q̄s res ſuas pdat / vel fraude vel potentia / vel q̄libet alio mō. h ¶ Nō morabiſ op⁹ ⁊c̄. Merces. ſ. q̄ forſitā viuit cū vxore ⁊ filijs ⁊ parētibus. Si differt̄ deficit vict⁹ etiā ſi in craſtino recipiat vim ⁊ calūniā ptulit: q₂ interim vn̄ viueret nō habuit. i ¶ Opus mercēnarij. Merces p̄dicatoris ex v̄bo eſt p̄dicationis q̄d nō debet apud nos morari. i. ocioſum eſſe vſq; mane: in futurū. ſ. ſeculū q̄ huic nocti ſuccedit in q̄ eſt lux inextinguibilis. Ex pfectu enī diſcipuli creſcit merces magiſtri. k ¶ Non maledices ſur. ⁊c̄. Surdo maledicere eſt abſenti ⁊ nō audienti derogare. Corā ceco offēdiculū ponere / eſt diſcretā q̄dē rē agere: ſed ei q̄ lumē diſcretionis nō habet ſcādali occaſionē p̄bere. ☞ Nō facies

Margin: Aug⁹ — (Q)ueſtio / (C)ōmēda — 44.a B — .26.a — 0.1.d — f.2.a — 14.a. — el.2.c. — Aug⁹ — (M)oralit̄ — C

## Nico. de ly.

☞ a ¶ Nō tondebis ⁊c̄. Aliq̄ expoſitores dicūt q̄ vera lr̄a eſt: tondes. i. cōteres: ⁊ dicit̄ a tondo. is. ſed hoc nō videt̄ verꝝ: q₂ hic nō loq̄t̄ ſcriptura de tritura ſegetū / ſed de collectiōe eaꝝ ⁊ ideo vera lr̄a eſt: Nō tondebis. i. nō ſecabis. b ¶ Uſq; ad ſolū. Quia ſicut dicūt aliq̄ debebat dimitti ſtipula paupib⁹ colligēda. Sed hic nō eſt ītellectus ſcripture: ſed magis de ſpicis pe terrā non ſeminatā exiſtētibus. vn̄ in hebreo habet̄: Nō finies vel cōplebis angulū terre tue ad metēdū: q₂ in colligēdo meſſe₃ ſuā nō debebat aliq̄s pcedere vſq; ad extremitates cāpi ſui: vbi meſſis partim ꝯculcat̄ a trāſeūtib⁹ partim a beſtijs corrodit̄: pter q̄d illd̄ q̄ remanet nō eſt magni valoris: et iō lex p̄cepit illd̄ dimitti paupib⁹ ſic̄ ⁊ ſpicas fugientes man⁹ metētiū: ⁊ alia q̄ ſb̄dūt̄: ⁊ p₃ lr̄a. c ¶ Nō fa. fur. Hic ꝯn̄r ordinat̄ affect⁹ rōnalis ad oēs p innocētiā. Rō enī natural̄ dictat nulli eſſe nocēdū: ⁊ iō p̄mo phibet nocumētū facto ⁊ occulte / cū dr̄: Nō fa. fur. Qualit̄ aūt iſtud ſit ītelligēdū dictū fuit plenius Exo. xx. ſcd̄o phibet nocumētū v̄bo / cū dicit̄: d ¶ Nō mētiemini. Licet enī oē mēdaciū ſit fugiēdū gn̄aliter tn̄ hic phibet̄ mēdaciū pnitioſū ſpecialit̄. iō ſeq̄t̄: e ¶ Nec deci. ⁊c̄. Cōſeq̄nter phibet̄ nocumētū v̄bo iuramento firmato / cū dr̄: f ¶ Nō piurabis ⁊c̄. Et q₂ p tale iuramētū nō ſolū fit iniuria pxīo q̄ ledit̄: ſed etiā ipi deo q̄ ī teſtē falſitat̄ adducit̄. ⁊ iō ſb̄dit̄. g ¶ Nec pol. n. d. t. Cui⁹ rō ſb̄iūgit̄: Ego dn̄s. ⁊ iō mihi honor ⁊ reuerētia debet̄. Cōſeq̄nt̄ phibet̄ nocumētū facto apto / cū dr̄: h ¶ Nō fa. ca. Calūnia enī eſt extorſio rei aliene cū q̄dā apparēti rōne ſed nō vera. i ¶ Nec vi op. eū. Motu volūtatis iniq̄ abſq; rōnis allegatōe. k ¶ Non mo. op. m. tui. i. merces opis ſui: q₂ tales cōiter ſūt paupes de q̄tidiano labore viuentes: ⁊ iō nō pn̄t expectare ſolutionē abſq; ſuo detrimēto. l ¶ Nō maledices ſurdo. Hic accipit̄ ſurd⁹ nō ſolū priuat⁹ ſenſu audito / ſed etiā nō audiēs: ſicut eſt abſens. m ¶ Nec corā ceco pones offendiculū. Similiter hic accipit̄ cecus nō ſolū priuatus viſu / ſed etiā non videns vel nō aduertens offendiculū. Dicit etiam Ra. Sa. hic q̄ cecus hic intelligit̄ ignorās vel ſimplex de quo phibet̄ dari ſibi ſciēter conſiliū malū in aliquo negocio. ideo ſubditur: ☞ Sed timebis

Margin: † Mat. 5. c — † Deu. 24. c — Tob. 4. c — D — Calūnia — Cecus — Moralit̄

⁂ a ¶ Cū meſſueris ſegetes. t. t. ⁊c̄. Per hoc dat̄ ītelligi q̄ de oībus bonis a deo datis homi / debet indigētib⁹ miſericorditer ſubuenire: ⁊ maxime de bonis ſpūalibus que cōmunicata alijs nō diminuunt̄ / ſed potius augmētant̄. l ¶ Nō maledices ſurdo. Per ſurdū hic intelligit̄ quicūq; nō intelligēs alterius male dictū: ſiue ſit ſurdus corpaliter vel abſens localiter / vel ignorans idioma maledicētis. m ¶ Nec corā ceco pones offendiculū. Dando ſimplici occaſionē ruine: Matth. xviij. a. Quicūq; ſcandaliçauerit vnū de puſillis iſtis qui in me credunt expedit vt ſuſpendat̄ mola aſinaria in collo eius ⁊ demergat̄ in profundum maris.

a ¶ Nō facies qđ ini. ꝛc. Summā ꝛ ꝑfectā iuſticiā lex ma
E xime in p̄ſentibus ꝯſtituit: recto itinere ꝓcedēs: p̄us ꝓuidēs
pauperib⁹: deinde potētes ꝛ p̄ncipes erudiēs. Oſtendit eniz
nō debere ꝑſonā accipi: nec furtū vel calūniā facere nec ꝑiura
re: que ꝛ ſi diuitib⁹ ꝛ potētibus aliq̄n cōtingunt: ꝓpria tamē
pauperū pctā ſunt: qui ad hec paupta/
te videnť cōpelli: vñ ſalomō Prouer.
xxx. a. Aut egeſtate cōpulſus furer et
periure nomē dei mei. Si autē oppri/
mere ꝛ mercedē p̄uare ꝛ ſurdū ac cecū
irridere: diuitū ꝛ potētū ſūt b ¶ Nō
eris crimina. Eſi. Lxx. Nō ambula/
bis in dolo ī gente tua. Dauid quoq̧
cōiungit dolo homicidiū: vñ Ps. v. c
Uirum ſanguinū ꝛ doloſum abo. do.
†Deu. 1. c Dolus enī eſt occult⁹ gladius: vt velo
Ro. 2. b. citer dolū fugiamus q̇ tanto crimīe eſt
Eph. 6. b cōiunctus. c ¶ Nō ſtabis ꝛc. Qua
Act. 10. f ſi nō te cōiunges his qui ꝓximis inſi/
Jaco. 2. b dianť: ſicut mľti alijs ſociati faciūt qđ
ꝑ ſe nō poſſunt. d ¶ Nō q̄ras vl. i.
ne vlciſcendi libidine rapiaris dum ar
guis vt letari vel cōſolari velis de alie
†Ecci. 19. b no malo: ſʒ potius cōſulere illi quē ar/
Mat. 18. c guis. Vñ ſm. Lxx. ſequiť: Nō iraſce/
Luc. 17. a ris filijs ppľi tui. Sic enī recte ira dif/
finita eſt q̄ ſit vlciſcēdi libido. e ¶ Iu
menta tua ꝛc. Hec ad lr̄am videnť
eſſe ridicula: nec a ꝓphetis ꝛ ſpūalib⁹
viris ſunt obſeruata. Vñ dauid dicit.
iij. Reg. i. c. Ponite filiū meū ſalomo
nē in mulā meā. Oportebit aūt ſm lit/
terā ea q̄ ex tali cōmixtione naſcebanť
abominari. vñ Prouerb. xxxi. b. Mu
†Ecci. 10. a lier quoq̧ fortis inuenit lanā ꝛ linū et
operata eſt vtile manib⁹ ſuis. f ¶ Ho
mo ſi dormie. Cum ꝓhiberet iumē/
ta miſceri cū iumētis alterius gener⁹:
†Mat. 5. g eos. ſ. q̇ ſunt ſub iugo xp̄i ſuſcipe iugū
Mar. 12. c legis: oportune hoc ſubdidit oñdens:
Gal. 5. c. q꜡ ꝛ añ aduentū chriſti q̇cunq̧ exteri⁹
Jaco. 2. c. miſcebať iudeis īdigebat ſacrificio ve
Myſtice ri arietis. ¶ Homo ſi dor. ꝛc. Nota
†23. q. 4. c. q̄ꝫta differētia libertatis et ſeruitutis.
cum in lege In libera enī deſpōſata/ mors adulte/
rij pena eſt. In ancilla autē nobili: et
† ſm Lxx. Cuſtodita homini. i. deſpōſa
Deu. 22. b ta ſacrificiū iubeť offerri: nō mortē in/
ferri. Spūaliter tñ hec intelligēda ſūt.
g ¶ Nobilis. Lxx. Cuſtodita homi/
ni. i. ſynagoga cuſtodita legi q̄ xp̄o nō
poterat deſpondi priuſq̧ moreretť lr̄a
leg⁊: vñ Ro. vij. a. Mortui eſt⁊ legi ꝑ
corp⁹ chriſti: vt ſitis alteri⁹: ancilla eſt
ſynagoga: ſm illud Gal. iiij. c. Abraā
duos filios habuit: vnuz de ancilla ꝛ
vnum de libera. h ¶ Uapulabūt
ambo. Lxx. Uiſitatio erit eis. i. libe/
rabunť a ſeruitute legis ſm ꝙ filijs iſ/
rael de egypto liberādis đr: Uiſitans
viſitaui vos Exo. iij. e. i ¶ Et non
morienť ꝛc. Quis ſm lr̄am agerēt.
nō ſm ſpiritū: q꜡ legiſlatoris intētionē
ignorabāt: facilius aſſeq̄banť veniaz.

a ¶ praua dicendo vel agendo.
pones offendiculū: ſed timebis a
¶ qui iſta prohibet.
dñm deū tuū: q꜡ ego ſum dñs.
a Nō facies qđ iniquū eſt: nec in/ b c
a ¶ vt ꝑ pauꝑtate a iuſticia decliēs: q꜡ de⁹
iuſt⁹ iudex: nec debes eē miſericordior illo.
¶ O iudex.
iuſte iudicab† Nec ꝯſideres ꝑſo d
a ¶ q꜡ nemo potētior deo cui⁹ eſt iudiciū:
cuius ꝑſonā geris in iudicādo.
nā paupis: nec honores vultū e
potēt⁊. Iuſte iudica ꝓximo tuo.
b Nō eris criminator: nec ſuſurro f g
c in pplis. Nō ſtabis ꝯtra ſangui h
nē ꝓximi tui: Ego dñs† Nō ode i
a ¶ quēlibet hoīem. b ¶ q̄uis aſtute odiſſe
fingas vt corrigas. vñ nolite q̄ſi inimicū ex
timare illū: ſʒ corripite vt fratrē. c ¶ nō latē
ris fratrē tuū i corde tuo/ ſʒ pub k
ter detrahēdo. ¶ conſentiendo.
lice argue eū: ne habeas ſuꝑ illo l
a ¶ Ro. xij. d. Mihi vindictā ꝛ ego retribu
d pctm̄. † Nō querās vltionē: nec m n
am dicit dñs. ¶ vt vindices.
memor eris iniurię ciuiū tuorū.
a ¶ hec eſt totius legis confirmatio et ab/
breuiatio. plenitudo enī legis eſt charitas:
Ro. xiij. c. b ¶ Lxx. proximū.
† Diligēs amicū tuū ſicut teipꝫ: o
¶ q̇ verā charitatē erga vos hēo. Maiorē
hac dilectionē nemo habet vt aīam ſuā po
Ego dñs: † Leges meas cuſtodi
nat q̄ſ ꝑ a. ſ. ꝛc. Joh. xv. b. a ¶ populares
e te. Jumēta tua ñ facies coire cū p
¶ cū iudeis ꝛ gētib⁹. a ¶ eccleſiā tibi cō/
alteri⁹ generis aīantib⁹. † Agrūꝫ †
miſſā. a ¶ catholica doctrina ꝛ heretica.
nō ſeres diuerſo ſemine. Ueſte †
a ¶ cultura chriſti ꝛ idolorum: Mat. vj. c.
Nō poteſtis deo ſeruire ꝛ mammone.
q̄ ex duob⁹ texta eſt/ nō idueris.
¶ ꝑticeps fact⁹ doctrīe ꝛ cōmixt⁹ ei ꝑ legis
conuerſationē. a ¶ ꝑ verbū doctorale.
f Hō ſi dormierit cū mľiere coitū q
a ¶ per culpā. ¶ per naturā.
g ſeminiſ q̄ ſit ācillā etiā nobiliſ/ ꝛ
¶ ſanguinis chriſti. a ¶ qua libertate
chriſtus nos liberauit.
tñ p̄cio nō redēpta/ nec libertate
h i donata: vapulabūt ābo ꝛ ñ mo/ r

## Ni. de ly.

☞ Quando

a ¶ Sed time. dñm deū tuū. q. d. lʒ nō debeas tales ꝑſonas timere: tñ debes cauere a nocumētis eoꝝ timore dei q̄ videt ꝛ vindicabit: ꝯſequēter ordinať rōnalis affect⁹ q̄ꝫtum ad iudices/ cū diciť: b ¶ Nō facies qđ iniquū eſt. penā indebitā alicui imponēdo. c ¶ Nec iniuſte iudi. mot⁹ fa/ uore vel odio ſentētiā iniuſtā ꝓnunciando. d ¶ Nec conſi deres ꝛc. nō ꝓhibeť ꝯdeſcēſio ad paupes in his q̄ poſſūt fie ri abſq̧ leſione iuſticie: ſed in his tm̄ per que iuſticia lederet. e ¶ Nec honores vul. po. lʒ enī potētes rōne ſui ſtat⁹ ſint pre alijs minorib⁹ honorādi in cōibus: nō tñ in his ꝑ q̄ iuſti/ cia lederet. f ¶ Nō eris crimina. detegens crimē ꝓximi tui māifeſte. g ¶ Nec ſuſurro. faciēs hoc occľte. h ¶ Nō ſtabis ꝯtra

ſtabis cōtra ſan. ꝓxi. tui/ iūgens te illis q̄ machinanť in G morte innocētis. i ¶ Nō oderis fra. ꝛc. ex rācore ꝛ odio diſſimulās pctm̄ ſuū donec poſſis deſtruere eū. k ¶ Sʒ pu blice ar. eū. i. voce exp̄ſſa: ſm illud Matth. xviij. b. Si pec/ cauerit in te frater tu⁹ vade ꝛ corripe eū ꝛc. Si aūt ꝑ hoc qđ diciť publice: intelligiť correctio facta in publico ſeu iudicio: tūc eſt intelligē/ dum de pctīs que poſſunť ꝓbari: ꝛ tūc talis correptio ꝑtinet ad iudicē exequē do: ad accuſantē ꝛ teſtes denūciando ꝛ teſtificando. l ¶ Ne habeas ſuꝑ illo pctm̄. Si enī correctionē fratris ſui aliq̄s omitteret vt in peius rueret: faceret ꝯtra charitatē. m ¶ Nō que ras vltionez/ liuore vindicte: poteſt tamē queri amore iuſticie. n ¶ Nec memor eris iniurie ciuiū tuorū: ſcꝫ ad vindicandū liuore vindicte: po/ teſt tamē haberi memoria ad vindictā amore iuſticie. o ¶ Diliges amicū tuū ſicut teip̄m. li ſicut nō importat equalitatē ſed imitatiōis ſimilitudinē: q꜡ amicabilia ad alterū veniūt ex ami/ cabilibus ad ſeip̄m: vt habeť Ethicoꝝ ix. p ¶ Jumēta tua. Hic cōſequen ter ordinať homo q̄ꝫtum ad motū ve/ getabilis: ſm autē Phm. ij. de anima duo ſunt opera anīe vegetatiue. ſ. ge/ nerare ꝛ alimento vti. Uſus vero ali/ menti duo reſpicit. ſ. nutritionē ꝛ aug mentū. Primo igiť ordinať homo re/ ſpectu generatiōis. Secūdo reſpectu augmēti/ ibi: Quādo ingreſſi fuerit⁊. Tertio reſpectu nutritionis/ ibi: Ego dñs. Circa primū ordinať homo in ge neratione aliorū ab homine inq̄ꝫtum alia per hominē ad generandū appli/ cantur: ꝛ q̄ꝫtum ad hoc diciť: Jumēta H tua ꝛc. quia ex aſpectu talium poſſent homines aliq̄ induci ad beſtialitatis vi tium qđ eſt coitus cum beſtijs: precipi tur etiā hoc in deteſtationē idolatrie: quia idolatre colētes celi militiā in cō/ iunctionibus planetaꝝ faciebāt cōiun ctiones diuerſorū animaliū: ꝛ eadē ra tione diuerſa ſemina in eodē agro con iunctim ſeminabāt: ꝛ veſtibus ex plu/ ribus contextis: vtpote ex lana ꝛ lino: vel ex diuerſis coloribus vtebantur in veneratione ſiderum: propter quod ta lia prohibenť. Dicit autē Joſeph⁹ ꝙ veſtis ex duobus cōtexta alijs niſi ſum mo ſacerdoti prohibebať: quia in ve/ ſtibus ſummi ſacerdotis erāt tales va rietates: et ideo non erant licite alijs. Secūdo ordinať homo reſpectu gene ratiōis in ſpecie humana per hoc ꝙ ex cluditur illicitus coitus/ cum dicitur: q ¶ Homo ſi dormierit cū mulie re coitu ſemi. que ſit an. etiā no/ bilis: ſcꝫ genere: vendita tamē in an/ cillā. In hebreo habeť: Que ſit ancil/ la ꝛ parata viro: vbi dicit Ra. Sa. ꝙ ſcriptura loquiť de ancilla chananea affidata ſeruo hebreo quorū matrimo/ nium erat inchoatū ſed non perfectum ꝛ tunc fornicať cum iudeo libero: quia licet hebrei liberi non poſſint ꝯtrahere cū chananea: ſerui tñ poterant de voluntate dñi/ vt dicit: r ¶ Uapulabūt ambo. In hebreo habe/ tur. Uapulabit ipſa. id eſt verberabiť ipſa: cui⁹ cauſa ſubdiť:

☞ Quia nō fuit

✳ p ¶ Jumēta tua nō faci. ꝛc. Per iumēta ſignificanť ſubditi ſimplices: qui nō ſunt ꝑmittendi cū hereticis ꝛ malis hoībus habitare: q꜡ de facili decipiunť. † ¶ Agrū nō ſe. diuerſo ſe. Per agrū intelligiť eccľia q̄ nō eſt ſeminādo do ctrina habēte admixtū cū veris falſa. † ¶ Ueſte q̄ ex duo. cōtex. ꝛc. qđ moraliter facit q̇ habitū ꝑtim religioſuꝫ ꝛ ꝑtim ſecularē induit. ſiľr ille q̇ ſub habitu religioſo ſecľariter viuit.

✳ Poma q̄

a ¶ Quãdo ingreſſi ⁊c̃. Permanet in ꝓpoſito oſtẽdens fructũ bonũ añ chꝛiſti aduẽtũ nõ habuiſſe iudeos: cũ dicit fructũ nõ eſſe edendũ in triennio nec mundũ/ſed q̃rto anno mũdandũ: nec dicit q̃d ſit mũdatio. Spũaliter autẽ intelligendũ eſt qđ dicit: ¶ Quãdo ingreſſi fueritis ⁊c̃. Terrã vocat diuinã ſcripturã quã ꝑmo iudei ſuſceperũt. Uñ plantare ligna pomifera ꝑcepta ſunt. Lignoꝝ aũt plantatio: meditatio legis eſt et ꝑdicatio: ſcḋm ꝙ dicit j. Coꝛ. iij. b. Ego plantaui: appollo rigauit ⁊c̃. bona quidẽ mãdata erãt tanq̃ ligna pomifera: ſed illi qđ debebãt nõ faciebãt: tñ ſequẽtes lr̃am. Fructꝰ ergo .i. opatio legis triennio erat ĩmũda: ab abꝛaã vſq̃ ad dauid: a dauid vſq̃ ad trãſmigrationẽ: inde vſq̃ ad chꝛiſtũ. Sicut mattheus diſtinxit. Quarto anno fructũ legis ſctm̃ cõmendat et laudabilẽ: nõ tñ adhuc eſſe iudeis eſibilem. Fructus enĩ legis in q̃rto anno .i. in aduẽtu chꝛiſti: ſctũs ⁊ laudabilis quẽ ſctũſſctõꝝ faciebat: cuiꝰ opa laudabilia ⁊ gl'ioſa. Uñ ⁊ in paralytico grabatũ poꝛtãte gloꝛificabãt deũ qui dedit talẽ poteſtatẽ hominibꝰ/ſed nõdũ edebat iudeus: q̃ꝛ nõ cõuerſus. In q̃nto ṽo anno .i. ꝑdicãtibus aplĩs fructũ eiꝰ ederũt q̃cunq̃ crediderũt. b ¶ Et plantaueritis ⁊c̃. Moꝛalr̃. Gregꝰ. Ligna pomifera opa ṽtutibꝰ fecũda. Pꝛeputia auferimꝰ cum de inchoationis infirmitate ſuſpecti ꝑmoꝛdia opeꝝ noſtroꝝ nõ appꝛobamus. Poma que germinãt nr̃is eſibus nõ aptamus: q̃ꝛ cũ ꝑmoꝛdia laudant̃ boni opis: nõ debet hoc paſcere animũ operãtis: ne dũ laus ſuauiter capit̃: fructꝰ operis intẽpeſtine comedat̃. Qui igitur inchoate virtutis laudẽ receperit: q̃ſi plantati ligni fructũ añ tẽpus comedit: vñ Pſ. cxxvj. a. Uanũ eſt vobis añ lucẽ ſurgere .ſ. poſtq̃ ſede. Ante lucẽ ſurgere eſt ante claritatẽ retributiõis eterne in ꝑſentis vite nocte gaudere. c ¶ Non comedetis ⁊c̃. Totũ iudeoꝛũ ⁊ gentiliũ radit fermentũ. Uñ nunc ꝓhibet a legis ſeruitute: nũc a gentiliũ erroꝛe. ¶ Alle. Nõ comedere ſup mõtes eſt ſupbis cogitatiõibus nõ paſci: de q̃bꝰ Eſaias: Om̃is mons ⁊ collis humiliabit̃ Eſa. xl. a. Nõ augurari volucribꝰ/nõ attendere q̃ rapiũt ſemen pietatis. Comã in rotundũ tõdere eſt cogitatiões demonibꝰ ↄſecrare. Barbã radere eſt ṽtutis ꝑfectionẽ coꝛrũpere: ficte operãdo. Carnẽ nõ incidere eſt delectatões nõ ſuſcipe: que ⁊ aĩe nocẽt ⁊ coꝛpus coꝛrũpũt. Stigmata pꝛaua doctrine que aĩe infigit̃ ⁊ difficulter abolet̃. d ¶ Nõ augurabimini ⁊c̃. Per partẽ totũ ſignificat: oẽs hm̃õi ſupſtitiões condẽnãs. Qꝛ enĩ talia curat obſeruare deũ videt̃ infamare: tanq̃ plus ſciẽtie auibus q̃ hoĩbus ↄtulerit. e ¶ Neq̃ in rotundũ ⁊c̃. Sicut barbari faciũt debꝫ q̃ſq̃ eſſe cõtentꝰ naturalibꝰ oꝛnamẽtis: ne creatoꝛẽ videat̃ accuſare tanq̃ ĩpotẽtẽ opus ſuũ ꝑficere: nec in honoꝛe demonũ cicinnos nutrire ⁊ vouere ſicut ſtudẽt pagani pueroꝝ capita demonibꝰ offerre ꝙ maxime hic videt̃ ꝓhibere. f ¶ Stigmata. Legiſlatoꝛ etiam curã noſtri decoꝛis gerit ne carne abutamur in his etiam que coꝛpus deturpant. g ¶ Filiam tuã. Carnalẽ vel animã: vnde Pſ. xxi. d. Erue a framea deus animã meã: ⁊ de manu canis vnicam meam. Hec recedendo a deo foꝛnicatur cum demonibus.

[margin: t.1.a; 9.a; alit; ha/ nem ime; ego.; B]

rient: quia nõ fuit libera. Pꝛo delicto autẽ ſuo offeret dño ad
¶ chꝛiſtũ.
oſtiũ tabnaculi teſtimonij arietẽ
¶ chꝛiſtus. ¶ al's pctõ.
oꝛabitq̃ ꝓ eo ſacerdos ⁊ ꝓ delicto eiꝰ coꝛã dño: ⁊ repꝛopitiabit̃
a ei: dimitteturq̃ peccatũ. Quã
b do ingreſſi fueritis terrã et plantaueritis in ea ligna pomifera:
a ¶ non appꝛobantes operum pꝛimoꝛdia.
b ¶ opera que incipiũt.
auferẽtis ꝑputia eoꝛũ. Poma que germinãt/immũda erũt vo
¶ in aduentu chꝛiſti.
bis: nec edet̃ ex eis. Quarto anno oĩs fructus ſanctificabit̃ lau
¶ pꝛedicãtibus apoſtolis.
dabilis dño. Quito aũt ãno comedet̃ fructꝰ: ↄgregãtes poma q̃ ꝓferũt. Ego dñs deus veſter.
¶ Lxx. Nõ comedetis ſup mõtes: ſicut in feſtis idoloꝛũ comedebãt gentiles.
c † Non comedetis cũ ſanguine.
d Nõ augurabimini: nec obſeruabit̃ ſõnia. Neq̃ in rotũdũ atton
a ¶ Lxx. ne coꝛrũpas faciẽ barbe.
e debit̃ comã: nec radetis barbã.
a ¶ ſicut gentiles ſpem reſurrectõis nõ habentes: Uñ .j. Teſ. iiij. c. Ne contriſtemini ſicut ⁊ ceteri qui ſpem nõ habẽt.
Et ſup moꝛtuo nõ ĩcidet̃ carnes
f vr̃as: neq̃ figuras aliq̃s: aut ſtigmata facietis vobis: Ego dñs.
¶ qui debes coꝛrigere.
g Ne ꝓſtituas filiã tuã/ne ↄtamie

[margin letters: a b c d e f g h i k l m n o p q r s]

## Nico. de lyra

Sabbata mea

a ¶ Quia nõ fuit libera. Et iõ nõ habebat vñ offerret ꝓ pctõ ſuo: q̃ꝛ ſeruus ⁊ ancilla q̃cq̃d habẽt eſt dñi ſui: ⁊ dato ꝙ haberet tñ offerre nõ poterat in tẽplo cũ eſſet alienigena: nec erat adhuc deſpõſata iudeo/ſed de viro coeunte cũ illa q̃ iudeꝰ ⁊ liber erat ⁊ offerre de ſuo poterat/ſubdit̃: b ¶ Pꝛo delicto aũt ſuo offe. ⁊c̃. ⁊ ꝙ intelligat̃ de ſolo viro: patꝫ ꝑ hoc qđ ſubdit̃: c ¶ Oꝛabitq̃ ꝓ eo ſa. ⁊c̃. Ul' aliter q̃ꝛ nõ fuit libera: in hoc reddit̃ cauſa q̃re ipã ⁊ vir foꝛnicãs cũ ea nõ incurrũt penã moꝛtis: q̃ꝛ de libera ſimpliciter affidata viro hebꝛeo ſi foꝛnicet̃: dicitur Deutro. xxij. d. ꝙ vterq̃ debet moꝛi. d ¶ Qñ ingreſſi fue. Hic ↄſequẽter oꝛdinat̃ hõ circa augmentationẽ in vegetabilibꝰ ſiue plãtis/cũ dicit̃: ¶ Qñ ĩgreſſi fueritis terrã. Ex quo ptꝫ ꝙ iſtud ꝑceptũ nõ erat obligatoꝛiũ ante ingreſſum terre ꝓmiſſionis. e ¶ Et plãtaueritis in ea lig. po. Per hoc intelligunt̃ fructꝰ generaliter etiã vineaꝝ. f ¶ Auferetis ꝑputia eoꝛũ .i. ꝑmo floꝛes ſeu gẽmas ne erũpant in fructꝰ duplici de cauſa. Pꝛima eſt q̃ꝛ arboꝛes poſtea ſunt minꝰ vtiles qñ nimis cito faciũt fructũ. Scđa q̃ꝛ idolatre tales fructus tanq̃ ꝑmitiuos reputabãt dijs grõſos ⁊ eos idolis offerebãt: iõ ſequit̃: g ¶ Poma q̃ ger. tribus ꝑmis ãnis: q̃ꝛ aliq̃n nõ auferebant̃ ꝑfecte floꝛes vl' gẽme ex negligẽtia vl' obliuione. h ¶ Immũda erã vo. rõne ꝑdicta. i ¶ Quarto an. oĩs ⁊c̃. In hebꝛeo habet̃: Laudãtibꝰ dñm: q̃ꝛ fructus q̃rti anni offerebant̃ dño ⁊ cedebãt in vſum ſacerdotũ. k ¶ Quinto aũt an. ⁊ deinceps. l ¶ Comedet̃ fructꝰ: q̃ꝛ dñi arboꝝ poterãt inde comedere/vendere ⁊ dare ꝓ ſua volũtate. m ¶ Ego dñs. Hic ↄñr oꝛdinat̃ hõ reſpectu nutritiõis: in hoc ꝙ ꝓhibetur eſus ſanguinis: cuiꝰ rõ freq̃nter in ꝑcedẽtibꝰ expꝛſſa eſt. n ¶ Nõ augurabimi. Hic oꝛdinat̃ hũana vita q̃tũ ad actũ ſenſualẽ inq̃tũ ꝓhibent̃ auguria et ſupſtitiones in q̃bus fiebãt q̃dã apparitiões ꝑ illuſiões ſenſuũ: ⁊ q̃tũ ad hoc dr̃: Nõ augurabimini. Auguriũ eſt ꝓpꝛie diuinatio ꝑ garritũ ſeu volatũ auiũ: tñ hic accipit̃ generaliter ꝓ om̃i diuinatiõe ſupſtitioſa q̃ fit in vigilia: ⁊ maxĩe q̃ fit ex aliq̃ illuſiõe ſenſuũ exterioꝝ. o ¶ Nec obſerua. ſom. in q̃bus fiunt frequẽter illuſiones demonũ ꝑ motionẽ ſenſuũ interioꝝ: q̃liter aũt diuinatio poſſit fieri ꝑ ſomnia dictũ fuit Geñ. xl. Sciendũ etiã ꝙ aĩalia ⁊ aues et etiã piſces eo ꝙ carẽt rõne: ⁊ totaliter ducũt̃ impetu naturali/frequẽter ꝑcipiũt ĩmutationẽ ↄtinẽtis futura de ꝓpinquo: ⁊ ſcḋm h̃ mouent̃ ad aliq̃: ſic delphini ĩminẽte tẽpeſtate de ꝓfundo maris exeũt ad ſupficiẽ: ⁊ ꝑ h̃ naute ꝑnoſticãt de tẽpeſtate futura: ⁊ h̃ mõ ↄiecturare de futur̃ ꝓcedẽtibꝰ ex cauſa naturali ꝑ motũ auiũ aĩaliũ ſeu piſciũ inq̃tũ ꝑſentiũt ĩpꝛeſſionẽ cauſe agẽtis nõ eſt ſupſtitioſũ ſꝫ licitũ. Pꝛenoſticare aũt ď futur̃ ad q̃ nõ ſe extẽdit cã naturalis: vl' ſi ſe extẽdat nõ fit ꝑnoſticatio ꝑ ſigna naturalia mõ ꝑdicto: ſꝫ mõ ſupſtitioſo ẽ illicitũ. p ¶ Neq̃ in ro. ⁊c̃. Hoc ꝑcipit̃ in deteſtationẽ idolatrie: q̃ꝛ idolatre faciebãt talia: vñ dr̃ Baruch. vj. c. Sacerdotes ſedẽt habẽtes tunicas ſciſſas: ⁊ capita ⁊ barbã raſam. q ¶ Et ſup moꝛ. ⁊c̃. q̃ꝛ idolatre h̃ faciebãt: vt hr̃. iij. Re. xviij. e. vbi dr̃ ꝙ ſacerdotes Baal ĩcidebãt ſe cultris ⁊ lãceolis donec ꝓfunderẽt ſanguĩe. r ¶ Neq̃ figu. ali. in vr̃a carne: q̃ꝛ talia ſũt ſigna pactoꝛũ cũ demonibꝰ. s ¶ Ne ꝓſtituas filiã tuam. hoc exponit̃ dupliciter: vno modo de ꝓſtitutione ad foꝛnicationẽ coꝛpoꝛalem. alio modo de pꝛoſtitutione ad foꝛnicationem ſpiritualem ⁊ coꝛpoꝛalem.

[margin: † ď. 17. d; Auguriũ; D Somnia]

Sacerdotes

g ¶ Poma q̃ ger. ⁊c̃. Per poma germinãtia ĩtelligũt̃ bonoꝝ opeꝝ ꝑmitiua q̃ ꝓ tãto dicũt̃ ĩmũda: q̃ꝛ nõ ſũt ab alijs cõmẽdãda nec de ipĩs dꝫ operãs gl'iari: q̃ꝛ de facili pñt in oppoſitũ trãſmutari. p ¶ Neq̃ in rotun. ⁊c̃. Moꝛalr̃ comã ĩ rotũdũ attõdit q̃ ipãꝫ ad excitatõeꝫ carnal' laſciuie curioſe diſponit. Silr̃ barbã radit q̃ virilitatẽ animi ĩ femineã mollicieẽ ↄuertit. q ¶ Et ſup moꝛ. ⁊c̃. Moꝛalr̃ aũt h̃ faciũt q̃ ď moꝛte amicoꝝ ĩmoderate triſtant̃ ⁊ ↄ̃ deũ murmurãdo loquunt̃. r ¶ Neq̃ figu. ⁊c̃. Moꝛalr̃ h̃ faciũt hypocrite triſtes q̃ exterminãt facies ſuas vt appareãt hoĩbꝰ ieiunãtes Mat. vi. b.

[margin: Moꝛalit̃]

E G a ¶ Sabbata mea cuſtodite. Ab vno ſabbato om̄e legitimū ociū ſabbatū appellatur. Sic ab vna generali abſtinentia ſtudet legiſlator per ſingula currere precipiēs nos ab omni malo abſtinere. vnde addit: Sanctuariū meū metuite. Sicut enī qui digne accedūt ſanctificant: ſic qui inique preſumūt ⁊ īmundi accedunt q̄tū eſt in ſe polluunt: ſicut nadab ⁊ abiu. vnde Apl's. j. Cor. xj. g. Inter vos multi infirmi et imbecilles ⁊c̃. Inde addit: Ego dn̄s ſctūs. ſ. ⁊ in ſctīs habitans/ ⁊ ſctōꝝ iudicans iniuriam. b ¶ Ad magos. Lxx. Uentriculos. i. phitones/ vel falſos ꝓphetas qui de ventre cordis ſui fabulas quaſdā ⁊ fetētes doctrinas ꝓferūt. c ¶ Neqꝫ ab ariolis ⁊c̃. Lxx. Ueneficis q̄ demonū. ſ. noīa inuocant et aliq̄n corpꝰ curāt vt aīam īterficiāt. d ¶ Corā cano ca. Iob. xij. b. In ſenibꝰ eſt ſapiētia ⁊ in multo tpe prudētia. Hinc paulus ait. j. Tim. v. c. Preſbyteri duplici honore digni habeant maxime q̄ laborāt in ɣbo et doctrina. e ¶ Si habitauerit. Terra a deo nobis data eſt ɣtutū. ſ. cultura ⁊ bona doctrina. Si q̄s ḡ ad fidē noſtrā ꝯuerti voluerit ⁊ ciuis terre noſtre aſcribi: Nō affligamus eū/ nec īponamꝰ graue iugū: ſicut phariſei de q̄bus dicit̃: Mat. xxiij. a. Alligāt onera g̃uia ⁊ importabilia: digito aūt ſuo nolūt ea mouere. Sit nobis ſic̄ īdigena: q̄. ſ. nutritus eſt in fide ⁊ creuit in pietate. Hinc petrus ad eos q̄ credentes de gentibꝰ circūcidere volebant. ait: Act. xv. b. Quid tēptatis deū īponere iugū ſup ceruices diſcipuloꝝ. f ¶ Nolite facere ⁊c̃. In p̄cedentibꝰ p̄cipit in iudicio iuſticiā ſeruari: hic in pōderibus ⁊ mēſur/ ⁊ ne abutamur ad iuſticiā iuſticie terminis. hec enī t̃mini ſūt vendētibus ⁊ emētibꝰ ſicut leges iudicibꝰ: vt ab oī iuſticia cōtra ꝓximū caueat̃. Oz enī diuiti agroꝝ poſſeſſiones et pecunie theſauri: hoc enī pauperi mēſura vini ⁊ tritici ⁊ hmōi. ¶ Orige. Moraliter. Nolite fa. ⁊c̃. In iudicio mentis nō debemus iniuſte agere: nec mēſuras naturalis iuſticie corrūpere: aliter noſtra aliter ꝓximi pctā iudicātes: In q̄ enī iudicauerimus / iudicabit̃ et de nobis: ⁊ in q̄ mēſura mēſi fuerimꝰ/ remetiet̃ nobis: Matth. vij. a. Stateras q̄qꝫ diuinas ⁊ menſuras diuinas iuſtas habeamus. i. leges diuine ſcripture ſctē ⁊ iuſte cuſtodiamꝰ: nihil nr̄m inferētes: nihil ſuū auferētes/ ne nobis iſtud dicat̃: Matth. xv. a. Quare tranſgredimini mandatū dei ꝓpter traditiones veſtras.

Nota ꝯtra caracteres

H

Moralit̃

a ¶ .i. habitatores terre. ¶ corpꝰ qd̓ eſt de terra in quo dominat̃ oīs iniquitas fornicante anima. b ¶ Lxx. fornicatione.
c ¶ feriationes ab omni malo.
